Zawa Plonka Donatio.

Coram officio et actis praesentibus castren. Capitan. Branscen. pso comparens Nobilis Joannes olim Stanislai Plonski de Plonka Ecclesiastica haeres sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Jacobo olim Stanislai de Zawy Zygmuntowicz et ipsius succesoribus Bonorum suorum immobilium in haereditate Plonka Ecclesiastica consisten. Quinque sulcos a via ducente adgranicem Zawinska inter metas Martini et Jacobi fratris sui Cum agro prato sylvis rubetis et Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinen. et pertinen. Nullis exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Cui iam exnunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos offitii acceptandam dat et admittit. Submittendo se de eisdem bonis cum succesoribus suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros ocione quolibet ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum per Omnes processiones Omnes tueri defendere evincere Bonisque per se et per submissas personas non inquietare. Sub Damnis Omnibus simplici verbo enarrandis et edicendis. Et Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibusque in Universum iuris remediis et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos succesores ibi absolvendo et abrenunciando.

Actum in Curia Regia Branscensi feria Quinta ipsa Octava festi Sacratissimi Corporis Christi Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo.

Zdrodowski Slepkowska Reformavit.

Coram officio et Actis praesentibus castren. Capitan. Branscen. pso comparens Nobilis Laurentius olim Bartholomei Zdrodowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Zophiae filiae olim Adami Slepkowski Collateralis suae Ducen. consorti suae legitimae Ratione dotis post eam accepta et in bona sua importata in Medietate Omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium in haereditate Zdrody et alibi ubivis consisten. ad praesens habitorum et in post Favente Divina clementia habendorum Summam Ducentorum florenorum Polon. dotis et addotalicii Decem florenorum Polon. inscribit reformat et assecurat dotaliciatque more aliorum dotaliciorum hic in Regno Polon. observari solitorum Patrocinio suo adid accedente.